

J. H.
118
47

Hn
5863

Liberatio Pauli Pauli Hispani & consolato
in Balcon Philipp. II. Reg. Hispani insidie
cum criminis

I. N. J. C. C.
VIROS

Summe nec non plurimum Reve-
rendos, Excellentissimos, Consultissimos,
Experientissimos, atque Amplissimos,

DOMINOS INSPECTORES,

[&]
**REI LITERARIÆ
FAUTORES OMNES,**

Ad

**DECLAMA-
TIONES**

De

REBUS QVIBUSDAM HISPANIÆ,

IN SCHOLÆ ACROATERIO MAIORI,

Die V. Februarii post nonam statim matutinam benigne'

audiendas,

Officiosissime invitatae.

M. DANIEL MÜLLERUS,

Rect. Schol. Chemn.

Chemnitii, literis STÖSSLIANIS.





E Hispania Hispanæque rebus fere nemini non cum iis, quos adiit, huc usque sermonis fuit societas. Qvoniام enim annus elapsus infinges, & vix prudentissimo cuique prævisas rerum in Hispania vidit commutationes, in hanc terram omnium oculi fuere defixi, haec in ore omni populo exitit. Unde & nonnulli ex nostratis Scholæ alumnis virtus sibi verti haud posse existimarent, si suas in dicendo vires pericitaturi, ex ipsa illa Hispania, qua omnibus fere fandi occasionem præbuit, argumentum ad dicendum pertinenter. Imo & nos, dum facilitatem Auditorum illis conciliare fas est, de re qvadam Hispanica præfari paucula non inconsultum ducimus. Qvod si igitur tenuibus grandia conari licet, utrum *Carolus, Principem spondam Hispanie, gnatum, & quidem tunc unicum, Philippi II, Regis omnium, quos Sol unquam vidi, potentissimi, ab intentato infidularum, quos Patris salutis retendisse creditur, crimen possimus liberare, dispiciemus.* Carolus huncce, Parentis iussu, in custodiam fuisse injectum, hoc iisdem, qvibus ipse Carolus, parietibus contineri haud potuit. Constat etiam, Principem illum adeo immoderate tulisse carceris infamiam, ut Spiritum suum, ex desperatione in furorem verius, expellere vi aliquoties studuerit (a). Neque hoc obscurum est, qvod Philippus patrem prorsus exuens in carcere filium, vel venis in pede calidae immisso incisus (b), vel propinato in juscule veneno (c), contra fas naturæ, uti *Bæclerus* judicat (d), re prius cum Inquisitionis Officio communieata, perimendum curaverit. Sed fuitime etiam immane aliquod filii facinus, qvod Philipum, ut paternum affectum justitiae catenis ligaret, compulit? Flagiti sane non unus miser Princeps incutatus fuit, nullius vero convictus. Indicis variis, te in *Protestantes* paulo aquiori, quam Pater, insenfissimus eorum hostis, esse animo, prodiderat, & præcipue Belgicorum vicemiseratus, seditionem eorum, uti *Thuanus* refert (e), excusaverat: unde quoqve in Belgio proficiè intemperante concepivit, causam interferens, se dissensionem ibi exortam aquitare facile extinxerunt. Qvod unum animis omnipium Pontificia sacra summo fervore amplexantium ab illo abalienandis sufficiebat. Conqvirebas odium, qvod semper fere justò peripiccius esse sollet, vel ab ultima pueritia, que taxaret, inter alia & hoc reprehendens, qvod puer adhuc non mediocrem ceperit voluptatem ex leporum jugulatorum ac inter moriendo palpitantum spectaculo (f). Sed majoris momenti erant criminationes *Fresnei*, quem *Emmanuel Meteanus* Regi a confessionibus facis suis docet (g), & plurimorum ex Clero Hispano, Religionem & statum suum sub eo aliquando periclitatum, metuentum. Caput accusationis erat, *Carolus pietatis*, que filii est, prorsus immemorem Parentis Philippi vitam infidis appetiisse, qui rumor a malevolis ita disseminabatur, ut & Hispaniam & alia regna quam celerrime pervoltaret, utqve in Belgio inprimis ad hanc rem *Ovidianum istud* (h) accommodarent nonnulli:

FILIVS ante DleM patros InqVIRI in annos;
qvo ipso & facinus Caroli, & mortis ejus annum, qui fuit post millesimum quingen-
tesimus sexagesimus octavus, exprimere volebant (i). At qvonaq̄ colore per-

(a) Qva ratione se ipsum interimere voluerit, refert Jac. Aug. Thuanus P. II, l. 43. His-
tor. p. 626. 627.

(b) Ita existimat Henricus Døergangk in *Præfatione Institutionibus in lingvam Hispani-
cam premissa, Conser den Monatl. Auszug A. 1701*, mens. Maj. p. 42. & 43. (c) Ita
Thuanus cenfet loc. cit. p. 627.

(d) *De Rebus Seculi XVI*, p. 569. (e) loc. cit. p. 624. edit. Francof. in 8to, (f) Hocte-
lum in eum vibrat Autor Anonymus, qvi scripsit L' Histoire de Don Jean d'Au-
triche p. 30. & 32. Vide, si placet, Aëla Erudit, A. 1691. p. 133. (g) lib. 3. Historia.
rum Belgicarum p. 140. b. (h) ex lib. I. Metamorph. v. 148.

(i) Vide Beccmanni Histor. Orb. Terr. Geogr. & Civil. p. 453, &c. Fam. Strad. Dec. de
Bello Belg. l. 7. p. 317.

persuasus creditit Philippus, paratas sibi a filio infidias? Qvas machinas machinabatur, ut Carolum supprimerent, adversarii, & horum quidem facile Principes *Rodericus Gomarus Silva*, Vir gratia apud Philippum valens maxima, & *Johannes Austriacus*, qui, extra matrimonium Carolo V. natus, per regi hæredis interitum viam ad regale folium affectasse aliquibus creditur? Caussabantur scilicet primum, illum alienorem a Pâtre habuisse animum, dignumque eum putasse, quem omni data occasione illuderet. Nam fâlce admodum librum de itineribus Philippi Patris conscripsisse fertur, tali superbientem titulo: *Grandia & admirabilita Itineraria Regis Philippi*; cum tamen hunc non pedem quoqâm effere confaret, ni Mantua Carpetanorum in Monasterium S. Laurentii, quod Escuriale vocant, brevi via excurseret, & inde in Regiam modo nominatam reverteretur (k). Pari ratine & hoc nomine Patrem subinde exagitasse miris modis, & carpissé perhibetur, qvod exstruendo & ornando Monasterio Laurentiano, cuius modo mentio facta, stupendam prorsus pecunia vim, longè melius locandam, viginti nimuram auri miliones, impenderit. At num certi quid etiam inest his culptionibus? Sane de libro in Patris dedecus scripto dubitandi locus est relictus, cum scriptores fide digniores vel plane silent, vel certe variant. Nil *Tbuanus*, nil *Meteranus*, nil alii memorant. Aliter rem in *Præfatione Institutionum in Lingam Hispanicam Henricus Dærgang narrat* (l), qvod nempe Carolus liberum ex charta pura, & cui ne literula quidem inscripta, compingi curaverit, hunc res gestas Philippi Patris sui complecti ridiculo affirmans. In hac circumstantiarum diversitate nonne res planè videtur confusa? Finge autem veram esse alterutram narrationem, finge, qvod Patrem ludum jocumque fecerit Carolus, num, qvi irriror patris, de patris etiam vita nefarie cogitat? Ludificatus est, non imitando liberis aucti, Patrem & Chamus; at ipsum Patris vita infidias struxisse, quis, tacente Dei verbo, inde concluderet? Pergunt, qvibus in suspicionem infidiliarum Patri positarum venit Carolus, ultra citroque eum querimonias de sponfa a Patre sibi præcepta jactasse. Hic evocatas Caroli querelas non diffemur; an vero ille injusta sint pronuncianda, animi pendumus. Nam *ultima inter Hispanie & Gallie Reges pacificatione*, Cqva *Tbuanus* (m) verba sunt cum initio inter delegatos res agitarentur, anteqâam Maria, Anglorum Regina, Philippi conjux, deceperit de Elijâbete Carolo Hispaniarum Principi cloccâda actum fuerat; sed, mortua sub iâ tempus Maria, conditiones mutavere, & Philippus Elysabat, quam filio uxorem definibat, sibi sumptu. Quis miretur, Principe natura acrem, animique impotentem querelas emittere, Patre bonum excellens, qvod ipse fvari imaginatione possidere jamjam sibi videbatur, vindicante? Questus ergo est; neque tamen, qvod scriptores nonnulli, quibus *Illustris Pufendorfius* (n) paullo timidius, nimis audacter Gallus cetera doctissimus, *Pierre Richelot* (o), adtipulatur, tradidere, in illicito novercæ amore, qui ex sermonibus familiaribus cum ea, *Tbuano* teles, habitis, nondum clare satis elucescit, fuit occupatus; multò minus infidulator paterne vita propterea est putandus. Qvibus ulterius indiciis Philippus a filio infidias sibi fieri censuerit, *Tbuanus* (p) *Famianus Strada* (q), & ex his *Thomas Lanfius* (r), *Abbas de S. Real* (s), *Henricus Anshelmus Zieglerus* (t), *Erasmus Francisci* (n), pluresque alii exponunt. Nempe Carolus felopetulos binos summa arte fabricatos caligis, ex more gentis amplissimis, gestare est solitus. Deinde & liberum, a *Tbuano* descriptum, sibi fabricari jucuerat, cuius ietu hominem examinare posset. Post somnum sic cepit, ut sub pulvillo duos gladios strictos, & totidem felopetos ad displodendum paratos, item in arca duos majores felopetos pulvere & glandibus oneratos haberet. Hicce armis sua

(k) Refert hoc personatus Scriptor M. de Vigneul-Marville dans *Mélange d'Histoire & de littérature* Tom. II, p. 171. (l) & ex eo doctissimus Autor des *Monat. A. 1701*. loc. cit.

(m) loc. cit. p. 625. (n) *In der Einleitung zu der Historie P. I.* p. 108. (o) Hic in nota aliqua earum, qvas literis Gallicis a se collectis subjecit, ait de Carolo nostro: Il devint Rival de son Pere, & vit enfin, que son amour lui couta la vie p. 281. (p) loc. cit.

(q) de Bello Belgico Dec. I. lib. 7. p. 313. seqq. (r) in *Orat. pro Hispania* p. 178. & 179. (s) *In peculiar. Traictatu des œuvres mêlées prolixam habet narrationem tracti* exitus Caroli. Vid. A. Et. Er. A. 1689. p. 242.

(t) Im tägl. *Schauplatz der Zeit* p. 876, 877.

(n) Im *Drucker-Saal* P. I. p. 186. seqq.

3A77 5863

flua p̄tē vīscera suspicax Pater arbitrabatur, in qvam suspicōnem strenuē adducēbant, oleum camino addentes, Ministri nonnulli Carolum sibi infestum, qvod de se, si hic Patri superstes imperii habenas aliquando caperet, actum esse judicabant. Falsam vero istam opinionem non immerito dixeris. Propulfare potius, qvam inferre vim in animum induxerat Carolus, qvod vel ex eo simile evadit vero, qvoniā prēcipue fōmō sepultus armis circumqvaqe stipatus erat, non certe in lesionem cūjusqva, (qva enim ratione necandi propositum exeqvi potest dormiens?) sed in sui defensionem, si qva opus fortasse foret. Ex hoc denique fonte Carolum, qvi minus ei favent, accusant, ipsam pridie Natalis Christi Sacerdoti confessum, s̄e in animo habere, qvendam hominem occidere (x): & ab horum partibus ipse stat Philippus, qvi, percepta filii voce, se hominem effe, quem filius petret, dixit. Sed liceat bona cum venia tanti Regis regere, corda inspicere & cogitata mentis divinare, unius Dei, non hominis effe. Hominem (si modo vera & non subornata Sacerdotis relatio) nominaverat Carolus, non Regem. Qvō igitur documentum manifestum est, paterno ipsum sangvine cruentare manus voluisse? Nonne plures aderant homines, in qvos isthanc cuiam fuisse fabam, longe credibilius? Nonne Caroli erant adverfaatores sat multi ex parte supra nominati? Nonne, si horum aliquibus colaphos alio tempore incusit, ut incusitus, jam in unum eorum animo adē irato atque percito esse potuit, necem ei afferre ut pararet? Pro Caroli innocentia militant egregia Famiani Strada (y) verba: *Si moliri aliqvid adversus Patronū infedisset in mente, profectō aut ipse qvotidie per se suāque manu perficere potuisset, juvenis videlicet, firmatusqve animo contra impavidum ac ferōnem: aut si tamulus excitato, adficiatque aliorum opera decrevisset uti, multorum haud dubie manibus equisset. Cadente igitur Carolo non strigent, opinor, reliqui: cum tamen principis mortem nullus exitium consecutum sit.* Sed nimis diu fortasse huic Hispanice rei immoror. Plures sunt, Patroni ac Fautores, qvæ auribus vestris objicentur. Sunt enim nonnulli ex cœtu nostro non nisi Hispanica locuturi, qvos ut benevolē auscultetis, ego, filium orationis mea abrumpens, etiam atqve etiam contendō. Surget enim

Prologi vicem gerens

I. Christophorus Fridericus Facilides, Ottend. M.

qui prefatus pauca de Hispanie Academiis commilitonibus gratiam Auditorum exorabit. Post

II. Godofredus Ernestus Sonntag / Glauch, Misn.

de gravitate Hispanorum verba faciet.

III. David Gensekius, Tzschopav, Misn.

de Inquisitione Hispanica ager.

IV. Joh. Georgius Ternc, Wahrenbrück, Saxo,

de Odio Hispanorum adversus Gallos nondum plane extinto, Oratione Graeca nonnulla dicet.

V. Erdfriedrich Ehrenhold Otto, Lunaviens, Misn.

Penuriam hominum in Hispania, & ejus causas, exponet.

VI. Christophorus Zachaeus Facilides, Franck, M.

de Incremento & decremento Monarchia Hispanica declamabit.

VII. Theodorus David Lohde / Stargard, Lusat.

quo jure Hispani occupaverint Americanam, disqviret. Tandem

VIII. Gottlieb Müller / Tzschopav, Misn.

post brevem Auditorum Clasicorum in Hispania natorum recensum, Auditoribus, carmine Germanico, nomine omnium gratias perolveret.

Nunc ictud, cuius gratia hoc, qvicquid est, scripsimus, oblivione neutiqvam obliteratur, Vestram, Patroni ac Fautores, presentiam, qvā nil Scholæ acceptius esse potest, officiosissime exprimitus, Vosqve non diutius justo detentum iri, fidem nostram in terponimus.

(x) Vide Thuanum loc. cit, (y) loc. cit. p. 317.



X 2656188

no

F.H.
118,
47.

In
5863

Liberatio Cardi. Pioe Nippon. & intercalato
in Pabron Philipp. II Reg. Nippon infidea
cum criminis

V I R O S

Summe nec non plurimum Reve-
rendos, Excellentissimos, Consultissimos,
Experientissimos, atque Amplissimos,

DOMINOS INSPECTORES,

REI LITERARIÆ
FAUTORES OMNES,

Ad

DECLAMACIONES

REBUS QVIBUSDAM HISPANIÆ,

IN SCHOLÆ ACROATERIO MAIORI

Die V. Februarii post nonam statim matutinam benigne

audiendas,

Officiosissime invitati

M. DANIEL MÜLLERUS;

Rect. Schol. Chemn.

Chennitii, literis STÖSSELIANIS.



	Blue	Ocean	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black	B.I.G.								
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19